



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 14. In novo Senatu Reginæ Auctoritas declarata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XIV.

Sæc. XVI.

A.C. 1554.

*In novo Senatu Reginæ auctoritas
declarata.*

Hic tum Anglicarum rerum erat sta- *Burnet*
 tus, cum die secunda Aprilis An- *p. 416.*
 no Domini millesimo quingentesimo
 quinquagesimo quarto novus congre-
 garetur Senatus; cum enim olim om-
 nes leges fuissent conditæ a Regibus,
 illisque Solis supremæ auctoritatis jura
 censerentur annexa, hinc verebantur
 nonnulli, ne quidam Reginæ præroga-
 tivas, ac potestatem in dubium voca-
 rent, etiamsi jure legitimo regni dia-
 dema ad eam esset devolutum: quapro-
 pter hic Senatus primo suo edicto de-
 clarabat, quod Mariæ Reginæ eadem
 omnino, quæ cuilibet Regi, compete-
 ret auctoritas, ipsumque publicum An-
 gliæ jus regiæ coronæ annexeret su-
 premi imperii prærogativam, sive de-
 dum Regnum a Principe masculo, sive
 fœmina jure possideretur, ut proin cun-
 cta, quæ Regi debentur, pari quoque
 ratione Reginæ competant, ipsaque Ma-
 riæ potestas non minus ampla extende-
 retrur, quam cujuslibet ex ejus Præde-
 cessoribus imperium. Enimvero huic
 edicto inferior obstrepebat Curia; time-
 bat enim, ne ex Reginæ connubio cum
 Hispaniæ Principe Angliæ regnum de-
 spotico

Sæcul. XVI spotico subjiceretur imperio, aut forte
A.C. 1554. illa revocaretur ætas, in qua Guiliel-
mus *Domitor* Anglos indigenas suis bo-
nis spoliabat, ea exteris adjudicans:
eapropter moderabatur edictum his
verbis conceptum, ut Reginæ auctorita-
tas non minus quidem suprema esset,
ac Majorum suorum potestas, iisdem
tamen circumscriberetur limitibus, cum
non ea sit mens, ut Regina Princeps
esset a nemine dependens, sed potius
impediatur, ne sub obtentu sexus viri-
lis Philippus omnem imperii auctorita-
tem sibi vendicet.

§. XV.

*Aliæ res ad trutinam quidem vocatae,
sed reiectæ.*

Burnet l.c. In eadem Sessione Nortantoniae Mar-
chion pristinis suis reddebat digni-
tatis, pariterque Dunhelensis Epi-
scopatus, qui ad exitum nuperi regimi-
nis suppressus fuerat, rursus erigeba-
tur, ac demum sententia, quæ contra
Suffolciæ Ducem, ac quinquaginta octo
alios postremæ seditionis consciens fuit
pronuntiata, confirmabatur. Evidem-
plures aliæ insuper audiebantur propo-
sitiones, vi quarum decantati sex ar-
ticuli firmarentur, & sententiæ olim
adversus Lolardos latæ innovarentur,
carnibusque in jejunio verno vesci per-
mitte-